

bat omnes leges ab ethnicis conditas, contende-  
bat in foro ius ex Mose dicendum esse, non intelli-  
gens vim & naturam Christiana libertatis: totam  
illam fanaticam Anabaptistarum doctrinam sta-  
tim initio τὰν ἀμφοῖν amplectebatur, cum ce-  
pisset eam in Germania serere Nicolaus Storch.  
Et controversiam de cena Domini, tantum odio  
Lutheri, non aliqua pietatis opinione mouit. Ete-  
nim cum εἰκονομαχία ipsius à Luthero impro-  
bata esset, cepit iste inflammatus immanni cupidi-  
tate vindicta querere causam vendibilem, qua  
Lutheri existimationem prorsus obrueret. Ho-  
mo iste ne ratione quidem aliqua in specie proba-  
bili motus est ad scribendum. Et nulla vox est  
in tota disputatione, in qua sit aliqua pietatis signi-  
ficatio. Tantum vociferatur, ut nunc solent homi-  
nes βότρυχοι inter pocula, qui nullis fabulis, nisi  
maximè profanis delectantur. Ad hæc ma-  
gnam librorum partem consumit in conuitijs, &  
homo insulsus studet etiam urbanitatis laudem  
auferre. Qui tam imparatus ad tantam cau-  
sam accedit, is ostendit, se aliqua ceca cupiditate  
precipitè ferri, non moueri ratione aut studio pie-  
tatis. Atq; hic est huius fabula τῶν τῶν γῶνις.  
Et hæc de Carlstadio scribo propter vicinos, ut si  
quid autoritatis est in nostro testimonio, admo-  
niti caueant à portento. Hæc & plura Philippus.  
Ceterum cum ciuitates Carlstadianam, siue Cingli-  
anam de cena Domini opinionem recipientes, non  
admitte-